Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Quaestiones argumenti chirurgici

https://hdl.handle.net/1874/312629

QUAESTIONES

ARGUMENTI CHIRURGICI.

8.

QUAESTIONES
ARGUMENTI CHIRURGICI,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI VAN HALL,

ORD. LEON. NEDERL. EQUITIS, ORD. CORON. QUERN. DECURIONIS,
JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

ARTE CHIRURGICA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

ARNOLDUS FRANCISCUS VERHOEFF,

Rheno-Trajectinus,

MEDICINAE ET ARTIS OBSTETRICIAE DOCTOR.

AD DIEM XIX. M. JUNII, A. MDCCCLV, HORA V.

Trajecti ad Rhenum,

APUD L. E. BOSCH ET FILIUM ET VIDUAM P. MUNTENDAM ET FILIUM.

MDCCCLV.

THESES.

I.

In Erysipelate phlegmonode, imminente etiam suppuratione, unguentum hydrargyri optimum remedium.

II.

Gangraena nosocomialis localis et constitutionalis est morbus.

III.

Ut constat melius esse sinere mori quam 'necare, tamen ancipitem operationem peragere melius quam nullam puto.

IV.

Ulcus syphiliticum per quatuor primos tantummodo dies affectio localis est.

V.

In vulneribus sclopetariis amputatio primaria secundariae praeferri meretur.

VI.

Post coitum impurum mercurialium usus prophylacticus, a nonnullis commendatus, rejici debet.

VII.

In arthrocaciis superficies morbosas a se invicem distantes habere, si fieri potest, optimis artis auxiliis adscribi debet.

VIII.

Amputatio secundum methodum Vermalii aut Verduinii vulgari amputandi methodo praeferri meretur.

IX.

In fracturis amputationem peragere, debilitatis vel profusae sanguinis jacturae causa, reprobari debet.

X.

Inflammatione et majori oculi irritabilitate speculi usus contraindicatur.

XI.

In herniis, si dubium remanet utrum incarceratio adsit necne, operatio ne differatur.

XII.

Varicum in crure operatio radicalis in genere rejicienda est.

XIII.

In strictura impermeabili urethra in parte posteriori aperiri debet.

XIV.

Bubonis chronici curatio optime fit inspergendo mercurium sublimatum corrosivum cuti vesicatorio denudatae.

XV.

In fistulis vesico-vaginalibus sutura causticis vel cauterio praeferri meretur.

XVI.

Post perinaei rupti operationem melius alvum leniter promovere, quam opii administratione constipationem excitare.